De magiſtratibꝰ veterū Romanorum.

¶ De regibus.

Romanum imperiū primo reges habuere
Romulus his primꝰ. Numa pōpiliuſq; ſcdꝰs.
Hoſtilius Tullius: ſequitur quē Martius Ancus
Poſt hunc Tarquinius priſcus: he hinc Seruius ille
Tullius: extremus rex Tarquiniuſq; ſuperbus.

¶ Primo imperiū Romanū reges habuere: quorū primꝰ fuit Romulus: ſecundus Numa pompiliꝰ: tertius Tullius hoſtiliꝰ. quartus Ancus martius: quintꝰ Tarquinius priſcus: ſextus Seruius tullius: ſeptimꝰ ꝛ vltimus Tarquinius ſuperbꝰ. Cū Roma auſpiciis Romuli condita eſſet: ſubinde reges eiꝰ imperiū tenuerūt de quibus florus epithomatū primo. Hec eſt prima etas populi Romani: ꝛ quaſi infantia: quā habuit ſub regibꝰ ſeptē quadā fatorū induſtria tā variis igenio vt reipublice ratio ꝛ vtilitas poſtulabat. Nam qd Romulo ardētiꝰ: tali opꝰ fuit vt inuaderet regnū. Quid Numa religioſiꝰ: ita res popoſcit vt ferox populus deorū metu mitigaretur. Quid ille militie artifex Tullius: bellatoribꝰ viris q̄ neceſſarius: vt acueret ratione virtutē. Quid edificator Ancus: vt vrbē colonia extēderet: ꝛ ponte iūgeret: ꝛ muro tueretur. Jam vero Tarquinii ornamēta ꝛ inſignia quātā principi populi addiderūt ex ipſo habitu dignitatē. Actus a ſeruio cēſus qd efficit: niſi vt ipſa ſe noſceret reſpublica. Poſtremo ſupbi illius Tarquinii importuna dn̄atio nō nihil immo plurimū ꝓfuit. Sic eni effectu eſt: vt agitatus iniuriis populus: cupiditate libertatis incēderetur: hec ille.

¶ De conſulibus.

Regibus exactis romana potētia binis
Conſulibus ceſſit: quibus annua facta poteſtas
Damnent vel ſoluant quēuis per iuſſa ſenatus
Officio functi dicti ſunt conſuleſq; lares.

¶ Exactis et expulſis regibꝰ ob ſtuprū Lucretie a ſexto Tarquinio: filio Tarqnii ſupbi. Bini ſingulis annis cōſules creabātur. Eorū auctoritas anni ſpacio perdurabat: quo cōpleto: populꝰ Romanꝰ in cāpo martio cōgregatꝰ de cōſulibꝰ eligendis in comitiis pertractabāt. Officiū ꝯſulū id erat: exeq̄ diligētia ꝛ opera voluntatē et iuſſa ſenatus. Eis cōceſſa poteſtas damnādi vel ſaluādi quēuis: ꝛ duodecim hoīes faſces ꝛ ſecures manibꝰ geſtātes ꝓ vtroq; cōſule ire ſolebāt: ꝛ hi lictores appellati ſunt. Conſules ſunt dicti q̄ rei publice plurimū ꝯſulerēt. Bini ſingulis annis creabātur. Hinc romani annorū ſupputationē: rerūq; geſtarū ſeriem per conſules deſignabāt: vt greci per olympiades. Tempus eni in quo qd factū eſſet per eos tū cōſules erūt ſignificauerūt. Hi ne per oīa regiā poteſtatē ſibi vendicarēt: lege lata inſtitutū: vt ꝓuocatio ab eis ad populū eſſet: neue poſſent in caput ciuis romani animaduertere iniuſſu populi: ſolo hoc eis relicto vt cohercere poſſent: ꝛ in vincula publica duci iuberet. Jnde conſulatus dignitas conſulis. Martius campus rome erat ſic dictus q̄ marti cōſecratus eſſet: de quo Titus liuius. Ager tarquiniorum q̄ inter vrbem ꝛ tiberim erat marti cōſecratus: martius deinde campus fuit. Jn eum (q̄ multitudinis capax erat) populus Romanus ad eligendos magiſtratꝰ conuenire ſolebant.

¶ De lictoribus.

Bis ſex lictores faſces virgaſq; ligatas
Geſtabant manibus pre conſulibuſq; mearunt

Transuerso a licio dicti virgis de ligādis

¶ Lictor magistratuū minister ac satelles erat dictus sic(vt nōnulli volūt)alligā=do vel q virgarū fasces ligatos gerebāt lictores:vel q cū magistratus populi Ro mani virgis quēq̄ verberari iussissent:crura eius ac manus ligare solebāt lictores. Alii a linio vel licio appellatū dicūt q lictores licio ex trāsuerso cincti erant. Erant vtriq̄ cōsuli lictores.xii.Ceteris vero magistratibus quales sunt procōsules(q̄ extra ordinariū gerūt ↄsulatū/presides pretores:⁊ ceteri id genus tantū sex.

De Senatoribus

Roma senatores centum primo sibi legit
Romulus his autor:post reges/aucta ducētis
Hi dicti patres conscripti etate et honore
Vel parili cura:respublica quod regeretur
Jis/veluti liberi/de ijs patricii sua proles.

¶ Senatores p̄mo centū nūero p Romulū stabiliti sunt:deinde exactis regibus nūe ro ducentū adaucti:⁊ omnes hi patres ↄscripti nominati sunt siue etate/siue simi=litudine cure q sicuti parens liberos:ita ipsi rempublicā regebāt:de quibus Salu=stius.Delecti quibus corpus annis infirmum ingeniū sapientia validū erat reipub lice consultabant.Hi vel etate:vel cure similitudine patres appellabātur.Vocabātur cōscripti q eorū noīa aureis litteris in quadam tabula cōscripta sunt.Eorū filii pa tricii dicebātur.

¶ De Senatu.

Sancta senatorum collegia dicta senatus
Quorum prestabat vita durante potestas

¶ Senatus erat societas ac collegiū senatorū.Et aliqn̄ Senatus est collectiuū et significat illam multitudinē senatorū:Ut senatus hoc agendū decreuit.Nōnunq̄ Senatus capitur p loco quo senatores conueniebant ad consultandū de reipubli ce negociis vt hic.Orationē habui in senatu:qd̄ sepe apud Ciceronē est inuenire:⁊ tūc p methonymiā capitur contentū pro continente.Senatorū auctoritas ⁊ dig=nitas eorū durante vita prestabat.

¶ De dictatore.

Romanus populus subito vis si accidit ingens
Unde sequi clades videatur magna/creatus
Dictator fuerat/cui summa potentia regis
Summus honorq̄ datus/cui dictatura manebat
Semestri spacio/minus aut plus res vbi poscit
Hinc equitum suberat dictatoriq̄ magister
Hic itaq̄ militibus populo velut ille preesset

¶ Dictator qd̄ a consule dicebatur cuius dicto oēs audiētes essent appellatus est. Erat itaq̄ extra ordinarius magistratus:tn̄ solū cū vis aliqua maior repēte obor=tam ingentē vrbi cladē minitari videretur creari solitus.Habebat dictator ius ani=maduertendi in cuiusq̄ ciuis romani caput:nec ab eo prouocandi ius erat.Licto=res et vniuersa regum insignia habebat dictatori ceteros Magistratus eligere

licebat: a quibus dictādis quidā volūt dictatorē appellatū. Dicebat sibi dictatori magister equitū qui talis apud dictatorem erat quales apud reges tribuni equitū scelerumq;. Utq; dictatori ius summū in populū: ita magistro equitū i omnes milites erat. dictatura sexto mense finiebatur / nūc citius / nūc tardius vt necessitas postulabat.

De imperatore sine duce

Dux exercitui romano tempore belli
Induperator erat: populi arbitrio quoq; lectus
Consul dictator / pretor / vel qui magis aptus
Cui summum imperium: cum bello finit idemq;.

Imperator is dicebatur qui perdurāte bello preerat romano exercitui: electus cōmuni cōcordia populi / vel consul / dictator / pretor / vel alius quispiam magistratus. Imperatoris appellatio tametsi diu militare officiū in bello fuisset: cōsuetudine tñ inductū est: vt hi reipublice romane gubernacula soli tenebāt: imperatoris nomē ad dignitatē trāstulerint: regio nomine reiecto: qđ post exactos reges odio romanis habebatur. Quippe imperatores dicebātur q senatus ⁊ populi romani iussu vel ducebāt exercitus / vel prouincias administrabāt. Itaq; hi nō dñi erāt: sz ministri: q̄uis postea in tyrannidē versus sit. hic magistratus ⁊ imperatoris nomē in eum trāslatū sit: qui romani imperii gubernacula tenet. Et quilibet imperator siue dux duos legatos habebat.

De tribunis plebis.

Cum plebs a patribus dissentit roma tribunos
Plebis delegit: fuerat quis tanta potestas
Ut si non per eos essent consulta senatus
(Et scripto a tergo) signata probata: habebantur
Irrita curabant a vi defendere plebem.

In dissentione plebis a patribus facti sunt tribuni plebis: quibus maxima est tradita potestas quippe ⁊ puocabatur ad eos: ⁊ oia senatuscōsulta nisi per eos approbata: ⁊ subscriptionē. T. littere a tergo signata fuissent: habebātur irrita. hi potissime plebē ne a patribus opprimerētur tutabātur nobiliorū impetū reprimētes. hi etiā liberi erāt et exempti in vrbe et extra vrbē romā per vnū milliare ⁊ sacrosācti dicebātur. Et si magistratus alius eos contumelia vlla effecisset: trunca eius ceruix in templo iouis cōsecrabatur quorū ministri viatores appellabantur.

De pretore.

Bellorum gratia cum consul abesset vterq;
Electus pretor: populo qui reddere iura
Et cohibere malos potuit seruare bonosq;

Pretor quasi prestor: magistratus populi romani creatus qui (cū cōsules q̄ ab vrbe bellorū gratia auocarētur) institutus est: vt in vrbe ius redderet: flagitios[os] plectebat ⁊ innoxios subleuabat: ⁊ vnicuiq; iusticiā administrabat: sicut nūc v[r]b[i]ū prepositi ⁊ potestates id est qui funguntur auctoritate iuris reddēdi: cuius officium ptur[a] dicebatur.

De prefecto annone.

Annone dictus p̄fectus/cui data cura
Urbi vt prospiciat frumentū/equo precioq̃.
Ut cogat vendi in medium clausumq̃ proferri.

¶ Prefectus annone erat magistratus q̄ annone ꝓ ipsi⁹ vrbis alimonia ꝯparā de ꝑposit⁹ fuit hic emēdi frumēti curā habebat: aduehi vndecūq̃ ⁊ aducctū iusto precio venire vēdiq̃ faciebat. Si quis vltra necessitatē habebat i mediū cogebat proferri. Et hic peculiari noīe p̄fect⁹ annone dicebatur.

¶ De prefecto vrbis

Quando magistratus aberant reliqui data summa.
Urbis prefecto dominetur in vrbe potestas
Defectus vrbis renouet domuumq̃ ruinas.

¶ Erat preterea apud romanos p̄fect⁹ vrbis q̄ toti⁹ vrbis administrationē (absentibus maiorib⁹ magistratib⁹) habebat. Ei⁹ etiam officiū erat munire ac restaurare oēs defect⁹ vrbis aduenientes ⁊ cū supiores magistrat⁹ vrbe excesserāt is sūmus administrator cū rege manebat.

¶ De profectu vigilum.

Prefectus vigilum preerat custodibus vrbis
Lustrando insidias nocturnas cura premendi
Huic data: deprensos claudendi in vincula sontes.

¶ Prefectus vigilum is erat qui multo presidio munitus vrbem noctu circuire: ꝓhibere incendia/aut excitata extinguere/effractores fures ⁊ ceteros id gen⁹ hoīes nequitiā noctu exercētes ꝯprehēdere ⁊ in vincula cōiicere habebat.

¶ De pontifice.

Pontifices sacris preerant: iis cura dabatur
Pontes restituant: iis maiores atq̃ minores.
Qui reliquis preerat dictus fuerat quoq̃ summus

¶ Pontifices dicebantur p̄ncipes antistitū ⁊ sacrorū auguriorū: inter q̄s vn⁹ summus pontifex maxim⁹ siue pontificū rex ⁊ sacrorū habebatur pōtifex a posse ⁊ facio vt pleriq̃ volūt: vel a ponte ⁊ facio vt varro tradit. Nā pontificib⁹ pons Sublici⁹ primū est factus ⁊ postea sepe reparatus: necnon ceterorū pontiū restituendorum cura eis data erat. Erāt aūt iuniores ⁊ maiores pōtifices: inter q̄s (vt dixi) vn⁹ summus: q̄ pontifex maxim⁹ siue summus pōtifex dicebatur: qđ a romanis veteribus sumptū: nostreq̃ religionis hoīes seruāt. Nā iuniores pontifices episcopos/maiores pōtifices ⁊ archiepiscopos: ⁊ papam maximū siue summū pontificē (q̄ ecclesie catholice presit) appellant. Inde pontificatus ipsius pontificis dignitas.

¶ De censoribus.

Censores dicti: quibus est concessa potestas
Ciuis romani cuiusuis pendere census
Pondera sicq̃ vias simul ornamēta stateras
Curare ⁊ mores: ius illis condere lustrum

Censum agere quinto quouis anno remouere
Quousqꝫ minus dignos censebant esse senatu
Et quinquennali spacio censura manebat
Primo iis deinde decem tantum vel mensibus octo

¶ Censores erant magistratus maxime autoritatis ꝛ prudentie: horũ cura fuit estimationes/stateras/põdera/ornamẽta/viasqꝫ ciuitatis suburbiorũ ꝛ municipiorum vrbi finitimorũ vt debite haberẽtur pertractare vrbis ꝛ ciuiũ ipensas supuacuas resecare/moribꝰ preesse. Hi magistratus in initio suo q̄nquẽnio ꝑdurabãt postea decẽ et octo mẽses sibi statuti. Censores a cẽsendo vocitati sunt: ꝙ rẽ suam tãti q̄sqꝫ estimare solitus sit: quãti illi censuissent. Hi cũ ꝓpter diuturna bella cẽsus estimatioqꝫ rerũ ac bonorũ scd̃m quã tributa pendebãtur: facta non esset: cõsulesqꝫ bellis impliciti id prestare nõ possent. censores creati sunt: qui quinto quoqꝫ anno cẽsum agerent ciuiũqꝫ romanorũ nũerũ facultatesqꝫ recenserẽ ꝛ a cẽsu agendo censores appellati sunt. Cura deinde moꝝ ac discipline romane huic magistratui tradita: ĩ tantũqꝫ auctoritas eorũ creuit: vt sub potestate cẽsoria esset ius priuatorum/publicorũqꝫ locorũ: vectigal populi romani in senatũ/ legere senatus ꝑncipẽ describere/cẽsum agere/lustrũ cõdere/equũ adimere: ꝛ q̄s putasset dignos senatu amouere. Inde cẽsura: dignitas censoris.

¶ De questore.

Questores dicti quibus vrbis cura peculi
Tradita querendi/ꝛ seruandi eraria/necnon.
Urbis prouentus/vectigal ꝛ rationes
Exigere assoliti/ac inquirere de malefactis

¶ Questorũ erat officiũ inquirere reipublice rationes vrbꝫ romane vectigalia prouectusqꝫ exigere: controuersie ciuiũ corã his agebãtur ab his questionibꝰ ꝛ litibus finis aut sentẽtiis aut aliter imponebatur. Questores per sincopã quasi quesitores dicti sunt Uirg. Quesito minos vrnã mouet hi pecunie publice querẽde ꝑpositi erãt vectigalia agebãt ꝛ erarii curã habebãt: malificia quoqꝫ inquirere solebãt ꝓpter qd̃ a questionibꝰ exercẽdis nõnulli putãt questores appellatos. Legit etiã questores a populo creatos fuisse/q̄ capitalibꝰ rebꝰ preessent: ꝛ hi questores parricidii nũcupabãtur. Inde questura questoris officium.

¶ De interrege.

Dissidiũ quotiens super ipsa comitia factum
Inter rex populi/consensu sepe creatus
Plena magistratu dignũ cui facta potestas
Eligat/ad tempus teneat sedem ve vacantem
Dictum interregnũ/vacat hec quo tempore sedes
Quod tum cessabat noua quando electio facta

¶ Interrex is dicebatur q̄ quotiens tumultuatio aut dissidiũ inꝰ ipsa comitia de aliquo magistratu eligẽdo accideret populi cõsensu creatꝰ est. Cui talẽ magistratum eligẽdi tradita est potestas: vel q̄ loco illius magistratus pro tpe cõstitutꝰ est Inde interregnũ est cum loco magistratus loco interrex creatur. Titus liuiꝰ. Cũ sine curruli magistratu respublica esset: patricii coiere ꝛ interregẽ creauere: contẽtio/cõsulesue an tribuni militum crearentur in interregno rem complures dies te

nuit. Proprie tamē interregnū appellatur id tēpus quo regnū vacat rege: hoc est anteꝙ in de mortui loco nouus rex preficeretur.

¶ De edilibus.

Edibus ediles preerant sacris quoqꝫ primis
Hi vel aqueductus curabant apta cloacas.
Et loca cuncta vrbis seruanda a sorde ruina
Si pro sincero quicꝙ vendi viciosum
Obtigit/imperium reddi cogebat eorum
Carmina sunt horum iussu recitata theatro
Currules dicti sunt ꝙ curru veherentur

¶ Ediles ab edibus dicti sunt/magistratus erāt qui nō modo sacrarū sed etiā priuatarū ediū cura gerebāt ludos quoscūqꝫ ⁊ ex quacūqꝫ causā instituere ad eos pertinebāt. Comedie ⁊ tragedie edilū iussu recitabātur: ⁊ loca in theatro assignabātur. Si qs seruū aut iumentū morbosum vitiosum ve ꝓ integro sanoqꝫ vēdidisset: edicto edilū emptori succurrebatur. Hi etiā curā gerebāt vt cloace ⁊ aqueductus ceteraqꝫ edifitia tā priuata ꝙ publica: lauta/mūda/⁊ integra seruarentur. Deniqꝫ quicquid vitiosum pro sincero: fractū pro integro venūdabatur: edilū imperio reddebatur. Idqꝫ edilitiū edictū dicebatur. Et qr ediles sella curruli vtebātur saltem patricii: ediles currules dicti sunt. Alii ex plebe ediles plebei sunt dicti ⁊ hi nō sedebāt in currulib⁹. Edilitas/edilitatus/⁊ ediliciū est officiū dignitasqꝫ edilis.

¶ Chiliarcha. Centurio. Decurio

Militibus preerat millenis chiqꝫliarcha
Centurio centum: denis sic decurioqꝫ

¶ Chiliarcha dict⁹ qui mille militibus preerat dictus a chilos grece qđ est mille/⁊ archos qđ est princeps. Cēturio centū militibus presidebat: ⁊ hic grece hecatōtarchos dictus. Decurio dict⁹ qui decē militū ꝑnceps erat hic grece decarchos appellatur.

¶ Populus.

Est collectiuum populus qđ continet omnes
Romanos ciues tam claros quā inferiores

¶ Populus nomē collectiuū est sua appellatione. Romanos oēs tā nobiles ꝙ ignobiles cōplectens. Et diuidebatur in patres/patriosqꝫ viros qui nobiliori genere orti ⁊ melioris erant conditionis: ⁊ in plebē que erāt ignobiliū. Inde plebei q erāt de plebe.

¶ Plebs.

Plebs populi pars est abiectior inferiorqꝫ

¶ Plebs est pars populi inferior ⁊ abiectior ab ignobilib⁹ ꝯstās. Plebs capitur etiam ꝓ viliori parte alicui⁹ multitudinis. Ouidius de celicolis scribēs ait. Dextra leuaqꝫ deorum. Atria nobiliū valuis celebrātur apertis. Plebs habitat diuersa locis: a fronte potētes celicole.

¶ Comitia.

Ipsa magistratus electio facta/locusqꝫ

Contio vel populi sunt dicta comitia: sicqꝫ
Quo fieret tempus: fuerat quod eiqꝫ statutum.

¶ Comitium dr a con ꝛ itio sine eo dictũ est qꝺ populus cōibat cōueniebatqꝫ statutisqꝫ tēporib⁹ ad eligēdos magistratus. Illa igitur populi cōgregatio comitiũ dicebatur siue electio magistratus. siue locus quo fiebat electio / siue tp̄s electionis. vnde dies comitiales dicti sunt.

Magistratus.

Non solum officium: sed quisquis fungitur ipso
Esto magistratus: collecti et officiales

¶ Magistratus aliqñ concretũ est / ꝛ nō collectiuũ ꝛ est aliqs officialis ꝛ dignitate fungēs. Aliqñ concretũ et collectiuũ: ꝛ tũc est officialiũ collectio. Aliqñ abstractum ꝛ tũc dignitatē ipsam sigt.

¶ Legio.

Continuit peditũ legio sex millia centum et:
Hinc septingentos sic ter denos equitesqꝫ

¶ Legio erat militũ cetus vltra sex millia: neqꝫ plures septē millib⁹: neqꝫ pauciores sex millibus: sed inter duos illos terminos īterceptũ dicũt alii qꝫ sex millia sexcētos ꝛ sexaginta sex continuerit. Aliis placet (quib⁹ assentior) Legionē ꝯtineri peditũ sex millia centũ: ꝛ septingētos. xxx. eqtes. decēqꝫ cohortib⁹ firmata erat legio.

¶ Cohors.

Continuit legio denos in sese cohortes
Quarum prima equites quadragenos quoqꝫ binos
Millenos pedites sic centũ quinqꝫ tenebat
De hinc equites senos sexagenosqꝫ secunda.
Quingentos pedites quinquagenos quoqꝫ quinqꝫ
Tertia cum reliquis nũero constabat eodem

¶ Cohortes decē in se cōtinuit legio. Prima cohors equitib⁹ loricatis quadragīta duob⁹ ꝯstabat. Peditib⁹ aũt mille centũ qnqꝫ ꝛ hec milliaria dicebat. Scda cohors eqtes sexagīta sex: pedites aũt qngētos qnquagīta qnqꝫ habuit ꝛ hec qngentaria dicebat. Tertia / q̄rta / ꝛ cetere eodē nũero q̄ scda ꝯstituebat gotto iꝯmēta teste.

¶ Triumphus

Hostibus euictis ingenti clade / vbi cessit
Romanis ducibus victoria leta dabatur
Induperatori summo vel honore triumphus
Vectus in aurato curru rutilante triumphans
Quatuor actis equis niueis / preeunte senatu
Ad capitolinas arces / tauroqꝫ litabat

¶ Triũph⁹ sūm⁹ apud romanos honor: q̄ quidē duci romano ingēti victoria parta ꝛ graui clade hostib⁹ illata: cũ imēsa gloria dabat. itaqꝫ q̄ triũphabat curru iaurato q̄tuor albis eq̄s vehebat ꝛ senatu preeũte ī capitoliũ duct⁹ tauro sacrificabat.

¶ Ouatio.

Hostibus haud cesis/tamen(absq cruore) fugatis
Semper ouare duci victoria parta ferebat
Uno vectus ouans ꝛ equo/ad tarpeia saxa
Plebei aut equites hunc ducebant oue cesa.

¶ Ouatio quotiens nō interfectis:sed fugatis hostib' incruenta fuit victoria:duci prestabatur.Itaq q ouabāt vno vtebātur equo:ꝛ a plebeis siue equitibus in capitoliū deducti ex oue sacrificium faciebant.

¶ Iusticiū erat tēpus qn iura i vrbe romana nemini reddebātur piculosis rei publice tēporibus ꝛ dubiis certaminib':sed iura claudebātur ꝛ iurgia tacebant quousq instans periculū tolleretur.

¶ Priuati ciues dicebātur q nullū officiū publicū nullū magistratū exercebāt.publici vero q officia gerebāt.Colonia erat cetus aut multitudo ciuiū transmissa iussu senatus:ad inhabitandū ciuitates alienas:aut gratia custodiēdi aut possidēdi.et hi noui habitatores coloni dicebātur.

¶ Lex erat populi Romani cōstitutio.Senat' ꝯsultū erat decretū a senatu cōstitutū.Plebiscitū erat cōstitutio cōsensu plebis a tribunis ordinata decretū a decerno sicut edictū ab edico noia satis nota.

¶ Ciues romani trib' noib' vocabātur sicut publius Cornelius Scipio.Primum est prenomē.Scdm nomē.Tertiū cognomē.A nōnullis additur agnomē.Et apd romanos hystoricos noia sepius breui notātur opepreciū est scire per A.Aul' intelligitur.per Ap.Appius.per Fl.Flauius.per M.Marcus.per S.Sextus.p T.Titus.per C.Cel'.per G.Gaius.per Pu.Publ'.per D.Decius.per L.Luci'.p Q.Quint'.per Sp.Spuri'.per R.Roma.per Ro.Romani.per Pl.Plebs.per R.P.Respublica.per Con.Cōsult'.per Se.Senatus.per Tr.Tribun'.per Se.Cō.Senatuiconsultū.per B.Brutus.per Iu.Iudices.per Q.Quirites.

¶ Finis opusculi.

¶ Anno post virgineū partū.xvii.supra Millesimū quingentesimū nono kalēdas Augusti.